SIGISMUNDUS Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie Prussie Masovieque etc. dominus et
heres, Significamus tenore presentium quibus expedit Universis harum noticiam habituris, Quia Nobiles Andreas et Stanislaus fratres germani filij vero Nobilis Joannis Turskij dicti Wyrzbiata, heredes bonorum
Tursko et Nyekrassow exhibuerunt coram nobis literas graniciarum et limitum inter bona ipsorum hereditaria prefata, Necnon nra Regalia oppidum videlicet Ossyek et villas ad illud pertinentes, inferius expressas, per
certos nros Commissarios per nos ad id specialr et expresse deputatos factarum et erectarum, qd in eisdem lris infra insertis Sigillo appendenti Succamerarij terre Sandomirien infrascripti communitis ad plenum extat scriptu,
Supplican nobis, ut nos easipsas granicies et limites per Commissarios nros factas ratas et gratas habentes ipsas iuxta tenorem et continenciam lrarum infrascriptarum simul et easdem lras Succamerarij auctoritate nra
Regia ratificare approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem lrarum tenor sequitur, Stanislaus de Tanczyn Succamerarius terre Sandomirien generalis Significamus tenore pntium quibus expedit Universis
tam pntibus quam futuris harum noticiam habituris, Quomodo dum Sacra Mtas Regia et dns dns Sigismundus, Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie Prussie Masovieque etc. dominus et heres dns noster
Clementissimus deputaverat et designauerat Magnificos et Generosos Janussium Swirczowski Visilicien, Stanislaum de Myelecz Zawichosten, Spitkonem de Tarnow Zarnowien, Nicolaum Myssopad de Conyn Czechowien
Castellanos, Bernhardum Maczyeowski judicem terre Sandomirien et Nicolaum Skotnyczki de Bogorya subdapiferum Sandomirien, in Judices Commissarios limitum faciendorum inter bona sua Regalia villas videlicet Volya
magna dicta Plyska et Volya parva Dambrowka etiam nuncupata, ac oppidum Ossyek ex una, et inter bona hereditaria Nyekrassow et Tursko Nobilis Joannis Turski dicti Wyrzbyata partibus ex altera, extunc prefati
domini Commissarij Judices perlectis ante omnia, et mature pensatis atque ruminatis liter. Generosi olim Spitkonis heredis de Sagow protunc Succamerarij eiusdem terre Sandomirien de et super limitibus per eum factis inter
bona hereditaria suprascripta, quas prenominatus Joannes Turski reproduxit, que etiam per Sacram Maiestatem Regiam feliciter modernam prelibatam sunt confirmate, ad executionem debitam Commissionis eis presentate, inherend dictis
literis confirmatis gramcialibus processerunt in hunc qui sequitur modum, Imprimis ipsi domini judices Commissarij venientes ad locum differentiarum graniciarum pfatarum, servatisque omnibus de Jure et consuetudine ac satisfaciendo
mandato et Commissioni Mtis Regie, et hoc in presentia Generosi Joannis Myerkowski Burgrabij Sandomirien, qui parietem Regalem attentabat, et aspiciebat, Scopulos antiquos inter villas Regales Volya Plyska, et Volya mala
factos, quos prenominatus Joannes Turskij demonstrabat et deducebat, cognoverunt et decreverunt, tam ex depositione testium senum, medio eorum corporali Juramento facta, ex utraque parte inductorum, et sufficienter examinatorum
qui etiam ipsam rem subijcien oculis esse veros et iustos et concordare cum literis pfatis gramcialibus confirmatis, que modo premisso reproducte erant, Atque ita innovan Illos antiquos Scopulos inter bona predicta dicti domini

W3 Aro

Commissarij innovaverunt primo Scopulum acialem supra rivum alias nad Stokyem in loco in quo fluvius Plyska communiter nuncupatus inicium sui cursus et fluxus cepit, et circa hunc ipsum primum Scopulum acialem factum Mini-
sterialis terrestris clamavit de more et fecit omnia que Juris fuere, Tandem ab ipso mox primo Scopulo secundum scopulum innovaverunt et sipaverunt, in rippa eiusdem fluvij Plyska, et ab eo Scopulo alij duo scopuli similiter sunt
innovati et meliorati, ibique inciderunt in eundem fluvium dictum Plyska, quo iterum fluvio transeuntes, prefati domini Commissarij palos fixerunt, Scopulosque ubi deerant et erigi poterant, circumcirca et ab utraque rippa fluvij pdicti
Plyska erexerunt de terra et sipaverunt usque ad Silvam alnuam alias do olschovego lyassu, Per quam silvam recto tramite et fluvio pfato Plyska dicti domini Commissarij limitan Scopulos alios renovaverunt, alios de tra novos ere-
xerunt, signaque in arboribus ad instar crucis fecerunt usque ad locum Dambrowka nuncupatum, circa quem locum, a fluvio pdicto Plyska connexi sunt domini Commissarij ad manum sinistram recte per dictum locum et rubetum Dambrow-
ka scopulos similiter de terra erigen et signa gramcialia in arboribus de more facien ad Campum exiverunt, quo campo per summitate montis inter piscinam et [illegible] Regale et inter Silvam dicti Joannis Turski usque ad locu
Wassosche communiter nuncupatum transierunt, a quo loco Wassosche fluvio Brzesznycza cognominato pdicti domini Commissarij signa gramcialia in arboribus solum facien, eo quod scopuli erigi de tra nequiuerant, propter loci illius
lutositatem nimiam, pervenerunt usque ad fluvium d[illegible]ossalia, in quem fluvium, fluvius pnominatus Brzesznycza incidit et incurrit, et hijs duobus fluvijs taliter in unum concursis et confluxis, pfati domini Commissarij transierunt
ex utraque parte scopulos facientes et de terra erigen, signa gramcialia in arboribus facien, pervenerunt usque ad lacum dictum Odmanth, cuius lacus medietatem ad partem Mtis Regie, et alteram medietatem ad partem dicti
Joannis Turskij distinxerunt, et pertinere decreverunt, de quo Lacu currit fluvius usque ad flumen Wysla, et circa utramque rippam dicti fluvij de Lacu currentis, antequam pervenit ad Wyslam scopulos de tra erexerunt et signa
etiam in arboribus fecerunt, et hoc modo dislimitacionem parietis illius inter bona predicta perfecerunt et finiverunt, Actum in loco Campestro et rubeto graniciarum inter bona Regalia oppidum Ossyek, Volya Plyska, et
Volya mala dicta Dambrowka ex una, et bona hereditaria Nobilis Joannis Turski villas videlicet Trzyanka Nyekrassow et Tursko, Sabato ante festum Nativitatis christi proximo, Anno eiusdem Millesimo Quingente-
simo Vigesimo sexto. In pncia suprascriptorum dominorum Commissariorum, ceterorumque complurium Nobilium fidedignorum testium circa premissa. Nos itaque Sigismundus Rex prefatus supplicationibus prefatorum Nobilium
Andree et Stanislai ob eorum in nos remque nram publicam merita, benigne annuen considerantesque et debite perpenden ex tenore lrarum suprascriptarum granicies et limites pdictos communi consensu et concordia nrorum et eorumdem
Nobilium subditorum nrorum factas esse, Easdem granicies, uti facte sunt, lrasque premissertas Succamerarij Sandomirien pfati, in omnibus ipsorum punctis clausulis articulis et condicionibus ratas et gratas habentes auctoritate
nra Regia approband ratificand et confirmandas fore duximus, Prout ratas et gratas habemus approbamusque ratificamus et confirmamus harum serie literarum, Decernen et statuentes easdem granicies et limites in literis premissertis
expressas et descriptas robur firmitatis debite obtinere temporibus perpetuis et in evum. Harum serie literarum quibus in fidem Sigillum nrum est appensum. Actum et Datum Cracovie in Vigilia Sacratissimi Corporis Christi
Anno eiusdem Millesimo quingentesimo Trigesimo Regni vero nri anno Vigesimoquarto.

petrus Epus et
vicecancell. [illegible]

Relatio Reueren in chro patris domini Petri Epi
Cracovien et Regni Polonie Vicecancellarij

1530

N 1

R ... la

1526

1530

[illegible]

N 6

Granice ...

[illegible]